

KNY-18-00596

POSI^TIONES
EX
LIBRO PRIMO
INSTITUTIONUM
DECERPTÆ.

QUAS

NOBILIS, AC ERUDITUS DOMINUS
JOSEPHUS NOVOSZEL,

Croata ex Comitatu Zagrabiensi.

Defendendas suscepit.

OPPUGNANTIBUS

Nobilibus, ac Eruditis Dominis

GEORGIO MATKOVICS, Illiro ex Comitatu Posegano.

FRANCISCO SOMOGYI, Hungaro ex Comitatu Castriferrei.

IGNATIO KRAMERLAUFF, Hungaro ex Comitatu Pestiensi.

IN JURIDICO
UNIVERSITAT. TYRNAVIENSIS
AUDITORIO


Anno MDCC LXXIV. Die Mensis Maii.



Typis Tyrnaviensibus, Anno ut supra.

KNY-18-00596





I.

Jus acceptum pro Legum systemate , est ars boni & æqui :
cujus finis est Justitia.

II.

Hæc ars quatenus cernitur scientia , & actione , dicitur
Jurisprudentia.

III.

Igitur Jurisprudentia in recta Legum interpretatione ,
actionumve ad eas rite facta applicatione consistit.

IV.

Ingenuus est , qui statim , ut natus est , liber est : ac pro-
inde Inguitati manumissio non officit.

V.

Quæ , licet in fraudem Creditorum facta , sit ipso jure
nulla ; rerum attamen alienatio eorum fraudandorum gratia
facta subsistit , & revocatur actione Pauliana.

VI.

Legitimatio per subsequens Matrimonium tribuit Patriam
potestatem , ac consequenter successionem etiam in feudo :
licet non tribuat jus Primogenituræ contra jus quæsitum ;
quamvis cæteroquin tribuat.

§ 2

VII.

V I I.

Adrogatione etiam hodie inducitur patria potestas , estò adoptio imperfecta receperit correctionem.

V I I I.

Quarta Piana est Universorum bonorum quarta pars , sive impubes adrogatus injuste emancipetur , sive exheredetur.

I X.

Inter tutelas testamentaria primum locum occupat.

X.

Quâ impeditâ , donec speratur , legitimæ locus non est ; verum Magistratus interea dat Tutorem.

X I.

Pupillus sine Tutoris autoritate , neque hæreditatem adire , licet sit lucrosa , sed neque bonorum possessionem petere , vel hæreditatem ex fideicomisso suscipere potest.

X I I.

Remotus Tutor suspectus , siquidem ob dolum , famosus est ; si ob culpam latam , non æque.



